Toletana Canonicatus super Compulsoria.

9

Reu. Pater. SVmmum est artificium, quo procedunt DD. exaduerso Scribentes, nam petunt dilationem super Negocio principali, & nihilominùs omnia argumenta, omnes deductiones, quæ ex virtute ingenij reperire potuerunt in Processu informatiuo facto perCanonicum informantem super somniata infectione Isabellæ de Torres omnia deducunt in hoc Dubio super Compusoria, vt semper allegare valeant Decisiones super Negocio principali vnicaParte informante prodijsse vt in omnibus Instantijs super Negocio principali allegauerunt, nempè coram Reuerendissimo Decano in prima Instantia in Memoriali pro noua Audientia, & eodem modo in secunda Instantia coram bon.mem. Ansaldo, & in hac tertia Instantia omnia, quæ deducere debebant super Negocio principali, allegant super Dubio Compulsoriæ, quę omnia non alio fine stabilierunt, quàm vt Causam in infinitum trahere possent, vel mediante noua Audientia, vel noua Appellatione, vel nouis recursibus nōn licitis vt Causam in æternum protrahere, quemadmodùm omnia, quæ exaduerso deducuntur; aut sunt argumenta de possibili, aut nullam habent in Facto subsistentiam super vtroque Dubio speramus fauorabilem resolutionem.

Et incipientes ab ijs, quæ primo loco exaduerso deducuntur, & quo concernunt Dubium principale, & non Dubium Compulsorię certum est, quod ad hoc, vt Reuerendissimum Capitulum possit iustè, & iuridicè ad formam Statuti non admittere Prouisum de Canonicatu ad illius possessionem, necesse est, vt ex Processu informatiuo plena, & concludenti probatione doceat, Prætensorem, seù Prouisum descendere *ab Infectis macula Hebreorum, aut Sarracenorum, aut Hæreticorum Summario Partis num.1. litt.A.*, itaùt quoties ex Processu informatiuo non elicitur perfecta probatio impuritatis, ex hoc solum dicitur probata Puritas, adhuc si ex Processu nulla desumi potest puritatis probatio hæc est legitima dicti Statuti interprætatio consideratis verbis, & mente eiusdem, proùt semper, & constanter suffragium pręcitatum statutum fuit ab hoc Supremo Auditorio intellectum; vt ex infinitis Decisionibus æditis super huius Statuti Toletani interprętatione, vt probaui in mea *Facti num.33., & num.87.*, & præsertim *ex decis. 185. num.8. in fine part.1. recent. ædita in Causa Toletana Puritatis* ibi = *& per consequens, qui ex probationibus à Commissario Capituli factis reperitur non descendere à Genitoribus macula infectis ILLE HABET QVALITATEM PVRITATIS A' STATVTO DESIDERATAM,*

TAM, iuxta ipsius mentem, & verba, & iuxta Decisiones in similibus Causis Statuti huius Ecclesiæ factis.

In casu nostro, non solum nulla concurrit probatio, neque plena, neque semiplena, quod Principalis descendat à Progenitoribus macula infectis, prout Capitulo ex dicto Processu probare incumbit; sed ex eodem Processus plures, & quidem plenæ, & concludentes resultant Puritatis probationes, quas latè recensuimus in nostra Facti, nempè ex depositionibus Testium examinatorum à Canonico informante ex constanti, & communi reputatione, ex fama antiqua constanti, ex antiquis Instrumentis, ex actibus positiuis, & admissionibus Progenitorum Principalis, & Descendentibus ab Isabella de Torres ad Officia, & munera, quæ concedi non consueuerant, nisi Sanguine Puris, & præuia Puritatis probatione, & denique ex re iudicata resultante, non solum ex tribus, sed ex pluribus actibus positiuis Tribunalium S. Inquisitionis iuxtà formam Pragmaticæ glo. mem. Philippi Quarti, confirmatæ per san.mem. Vrbanum Octauum, vt probaui in mea Facti per totam *à n.35. ad finem.*

Admittit Pars Aduersa in suo Restrictu *num.*24., quod ad effectum obtinendi Litteras Compulsoriales sit necessaria probatio releuantiæ, sed prætermittit alia duo requisita necessaria pro obtinenda Compulsoria speciali, scilicèt probatio existentię Scripturæ compulsandæ, quod absit suspicio Calumniæ, vt probaui in mea Facti super Dubio Compulsoriæ §.*Primo*, & pleniùs in sua *Iuris* §.*Secundo deficit, & sequen.* Præsertim in casu nostro, quia Reuerendissimum Capitulum obtinuit gratiam specialem à Signatura Gratię, vt posset Processus informatiuos, & alia Iura, quæ compulsari iterum prætenduntur, & in spatio quatuor, & vltra annorum non compulsauit: vndè eo magis videtur adstringi ad probauda omnia requisita necessaria pro obtinenda Compulsoria speciali, & nihilominùs hic deficiunt omnia requisita pro concedendis Litteris Compulsorialibus specialibus.

Primò enim prætenditur exaduerso compulsari Processus informatiuos factos in Collegio S. Idelfonsi, & S. Crucis, prò quibus denegari debet compulsoria, tùm quia quoad Collegium S. Idelfonsi remanet probata dicti Processus non existentia, vt probaui in mea Facti super Compulsoria §.1. *in fine*, quo verò ad Processum informatiuum, & informem factum à Collegio S. Crucis est deneganda Compulsoria, ex quo non fuit producta copia dicti Processus, cuius copiæ productionem esse omninò necessariam, & indispensabilem prò obtinenda Compulsoria specialis probat D. meus Aduocatus Pitonius in sua Iuris allegatione §. *Tertio si oculis*.

Et quoad vtrumque Collegium est deneganda Compulsoria, quia non sunt releuantes, cum enim dicti Processus sint simplicitèr infor-

formatiui confecti prò Animorum Collegialium instructione, finè Partis citatione, finè aliqua Iuris solemnitate, vtique quemadmodum nullam constituunt probationis speciem, imò non faciunt aliquod adminiculum, vt ex communi Doctorum Hyspanorum Sententia probaui in mea Facti §.48. Imò Collegia, & Communitates habentes Statuta Puritatis non posse compelli ad edendos huiusmodi Processus informatiuos plenè probant Doctores Hispani, tàm ex Iuris dispositione, quàm ex inconcussa consuetudine Regnorum Hispaniæ, vt plenè probaui in mea Facti super Compulsoria §. *Est autem deneganda*.

Quinimmò quatenus etiam dicti Processus constituerent aliquam leuissimam probationis speciem, aut adminiculum, adhuc tamen remanserunt suffocati, & prosternati ex successiuis probationibus factis in Tribunali S. Inquisitionis, vt plenè probaui in mea Facti §. *Hæc sola exceptio*, & quoque prosternatæ remanent, non solum ex eo, quod Principalis est Inquisitor actualis Regni Murtiæ; quod Officium obtinere nequibat, nisi præuia perfectæ puritatis probatione, sed etiam quia ex Processu informatiuo facto in hac Causa à Canonico Commissario per Reuerendissimum Capitulum deputato plenè, & plenissimè, & pluribus probationum speciebus probata remanet Puritas nostri Principalis, quo casu nulla est habenda ratio Processuum informatiuorum præcedentèr factorum à Collegiis, quorum vigore ad summum durat, donec, & quousque fiat Puritatis probatio, vt probaui in mea Facti super Dubio Compulsoriæ §. *Sed ad quid*.

Secundò prætenditur compulsari probationes factas anno 1598. à Don Petro de Salazar, occasione, qua fuit admissus ad Canonicatum Ecclesiæ Siguntinæ post factam Puritatis probationem, nam quoad Compulsationem huius Processus est deneganda Compulsoria, quia Reuerendissimum Capitulum Toletanum habuit habenas liberas compulsandi omnia ea, quæ voluit ex Archiuio Sanctæ Ecclesiæ Siguntinæ, quod Archiuium totum perlustrauit, vt liquet, tàm ex Testimonio, quod damus in secundo *Summario additionali Num.* 1., quàm ex Processu Compulsoriali extracto ex Archiuio Ecclesiæ Siguntinæ, & die 29. Decemb. ex parte Reuerendissimi Capituli in Actis producto, & nihilominùs compulsare noluit Processum informatiuum factum occasione admissionis ad Canonicatum Petri de Salazar; secundò quia habemus attestationem Canonici Secretarij Capituli ex speciali decreto Reuerendissimi Capituli factum, qui testatur, quod omnes Testes examinati anno 1598. occasione dicti Processus informatiui deposuerunt omnes Ascendentes dicti Petri, inter quos Isabella de Torres, & Alfonsus Maritus dictæ Isabellæ fuerunt Christiani antiqui liberi, & exempti à qualibet macula, aut suspicione infectionis dicto *Summar. n.2. litt. C.*, quæ attentio plenè probat, & in tantum non

fuit

fuit compulsatus dictus Processus informatiuus confectus anno 1598. à Iudice Compulsoriali electo à Reuerendissimo Capitulo, in quantum perscrutatus fuit dictum Archiuium ad effectum inspiciendi, an ex eo aliquam maculæ speciem, seù argumentum reperire posset, & quoniam compulsare omisit dictum Processum, hinc Principalis supplicauit Reuerendissimo Capitulo, vt sibi daret Testimonium de illis, quæ compulsare omiserat dictus Iudex Compulsorialis, hæc autem attestatio data à Secretario Capituli, præuio Decreto Capitulari plenè probat, & per consequens Compulsatio non est necessaria.

Indubitantèr quia respectu Capituli dictus Processus esset irreleuans, nàm cum incumbentia Reuerendissimi Capituli consistat in probatione infectionis Isabellæ de Torres remanet irreleuans compulsatio dict Processus quoad Reuerendissimum Capitulum Toletanum, ex quo in dicto Processu probata remansit puritas Isabellæ de Torres, quod non solum probatur ex testimonio dicti Secretarij Capituli, sed ex admissione dicti Petri ad possessionem Canonicatus, quam assequi non poterat, nisi præuia probatione Puritatis Isabellæ de Torres suæ Auiæ, vlteriùs non est concedenda Compulsoria, quia deficit Copia dicti Processus, sine qua Compulsoria decerni nequit, vt probauit D. meus Pitonius in sua Iuris, & quia si Reuerendissimum Capitulum, & Iudex Compulsorialis ab eo deputatus comperijt dictum Processum, non solum non conducere, sed destruere intentionem Capituli, & ideò non conpulsauit, non est danda Compulsoria noua ad effectum compulsandi id, quod Reuerendissimum Capitulum compulsare noluit, & ideo Compulsoria petitur per Calumniam ad effectum æternandi Causam.

Tertiò prætenditur compulsari Fides Baptismatis Isabellæ de Torres, vel in Libris Ecclesiæ Parochialis Siguntinæ, vel in Libris Ecclesiæ Parochialis Acquauiuæ.

Sed deneganda est Compulsoria, non solum quia non probatur existentia Partitæ Baptismatis, sed quia à Canonico Commissario Toletano factæ fuerunt diligentiæ, & in illis, neque in Parochiali Siguntina, neque Terræ Acquauiuæ repertæ fuerunt, quia non adsunt Libri adeò antiqui, vt reperiri possit Partita Baptismatis Isabellæ de Torres, quæ obijt anno 1541., nam in Ciuitate Siguntina Canonicus Commissarius fecit sibi exhibere omnes Libros, & comperijt, quod antiquior incipiebat ab Anno 1564., & sic longè post obitum Isabellæ de Torres, vt ex *Summ. Partisn.* 45.

Prout quoque Canonicus Commissarius à Parocho, & Sacrista Terræ Acquauiuæ sibi exhibere fecit omnes Libros Ecclesiæ Parochialis, & sic per decem Annos anteobitum Isabellę de Torres quarto *Summario Additionali num.* 2. *litt. E.*, & examinatis Parocho, & Sacrista deposuerunt numquam adfuisse in dicta Ecclesia Parochiali Li-

bro

Libros antiquiores illo Anni 1551., *vt ex dicto Summario num. 1. litt. Q.*, & ratio est, quia Parochi ante publicationem Concilij Tridentini non habebat onus habendi Libros Baptismatum, & Mortuorum, & hac ratione non reperiuntur, vt probaui in mea Facti super Negotio principali *num.* 13.. Si itaque non solum non docetur de existentia Librorum, in quibus reperiri potest fides Baptismatis Isabellæ de Torres, imò probatur illorum non existentia ex vndequaque perfectis diligentijs factis à Canonico informante, vtique sine fundamento, & per Calumniam petitur Compulsoria ad compulsanda Iura, quæ non existunt in Rerum natura, & probata fuit ab ipso Canonico Commissario Capituli illorum non existentia, cum principali requisitum prò Concessione Compulsoriæ est probatio existentiæ scripturarum, quæ compulsari petantur.

Non obstat, quod Cappellanus maior Ecclesiæ Siguntinæ deponat, quod Libri antiquiores fuerunt transportati ad Tribunal S. Inquisitionis *Summario Partis num.* 45. *litt. G.*, nàm dictus Cappellanus maior ita deposuit ibi = *Dixit, che dall'Anno* 1684., *che si troua nel Mininistero di Cappellano maggiore non hà auuto altri Libri antichi, che quelli, che hà consegnato, bensì hà qualche notizia per le scritture del suo Antecessore, qualmente nelli tempi passati coll'occasione d'alcune proue dell'Inquisitione furono portati via alcuni Libri antichi della Parrocchia, e benche fossero state fatte diuerse diligenze per ricuperarli, non lo potè conseguire, perche li rispondeuano, che non li trouauano* = itaùt Reuerendissimum Capitulum petit Compulsoriam prò compulsandis Iuribus, quæ non adsunt in Rerum natura, & depositio dicti Testis eo magis comprobat dd. Iurium non existentiam.

Quartò prætendit compulsare Tabellas Sambenitorum affixorum in Ecclesia Cathedrali Siguntina, prò quibus nullatenùs est concedendà compulsoria, tàm ex quatuor, quæ adsunt illorum de Familia Torres, duæ fuerunt transcriptæ à Canonico informante, vt *ex Summario Partis num.*38. *lit. B.* certum autem est, quod si illo tempore non erant legibiles, multo minùs possunt esse hodierno tempore legibiles, vltra quod cum Reuerendissimum Capitulum obtinuerit Litteras Compulsoriales, quarum vigore absque vlla Principalis minima oppositione Iudex Compulsorialis compulsauit omnia, quæ voluit compulsare in termino quinque annorum, vt ex *secundo Summario additionali num.*1., vtique si releuantes existimasset transcribere dictas Tabellas, vtique compulsasset, cumque fuerit in potestate Reuerendissimi Capituli illas compulsare, & non compulsauit vtique compulsoria ad dictum effectum petitur per calumniam.

Sed ad quid petit Capitulum compulsationem dd. Tabellarum, quotiès ex Processu causæ constat de omnibus illis quatuor Tabellis in Cathedrali Siguntina affixis ex Testimonio publico Secretarij S. In-

quisitionis, vt ex *nostro Summario principali num.* 44. Si itaque ex Testimonio Sac. Inquisitionis constabat Canonico Informanti, & Commissario Capituli de quatuor Tabellis, seù Sambenitis affixis in Ecclesia Cathedrali cum illorum nominibus, & pœnitentijs illis iniungatis non est necessaria compulsatio illorum actuum, qui reperiuntur iam in Processu registrati, & quidem extracti ex Processibus Originalibus Secretarij S. Inquisitionis &c.

Dicit Pars Aduersa non esse verum in Iure, quod Processus informatiui, qui fiunt per Communitates habentes Statuta Puritatis nullam faciunt probationem, cum non sit attendenda auctoritas *Valenzuel. in consf.* 90. *num.* 115., *& seqq.*, nam non solum Valenzuela, sed omnes Doctores Hispani probant huiusmodi Processus informatiuos, tamquam factos sine Partis citatione, & solum ad Animorum instructionem sine vlla Iuris solemnitate non probant, neque faciunt adminiculum, tàm ex Iuris dispositione, quàm ex consuetudine ex communi praxi Regnorum omnes Doctores Hispani, itaùt nulla auctoritas afferri potest, quæ contrarium defendat, vt ex infinitis Doctoribus Hispanis probaui in mea Facti §.48.

Pars Aduersa duas allegat auctoritates, quas dicit docere, quod huiusmodi informationes probant in alio Iudicio, & primò allegatur in contrario Restrictu *num.* 26. auctoritas *Neguarol. allegat.* 25. *num.* 296., *&* 297., *&* 302., sed Neguerola contrarium defendit in *dicta allegat.* 25. *num.* 298. ibi = *Secundo hæ probationes fiunt per Processum informatiuum, & Summarium, & sine Partis citatione, & ideò non probant in alio Iudicio, licet irregulari, & eiusdem qualitatis cum primo = Lara de Anniuersarijs lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 17., *& seqq.*, quem refert *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 43. *num.* 82., & idem comprobat *num.* 301., 302., *&* 303., adeoùt non possumus mirari, quod exaduerso allegentur auctoritates, quæ firmant contrarium eo quod exaduerso prætenditur..

Idem contingit cum Escobar paritèr exaduerso allegatus in tribus locis, nempè in *par.* 1. *quæst.* 13. §. 1. *num.* 11. §. 2. *num.* 1., *&* 12., *& quæst.* 17. *per tot.*; *nàm in dicta quæst.* 13. §. 1. loquitur Escobar de sententia in contradictorio Iudicio prolata, vt ex lectura apparet in §. 2. *num.* 1., *&* 12. pariter loquitur de sententia, & re iudicata iudicialiter, & Iuris ordine seruato pronunciata, vt liquido apparet ex lectura, quinimmò idem Escobar eodem §. 2. dictam suam opinionem declarat *num.* 57. ibi = *Secundo intellige, dummodò probationes fuerint factæ iuridicè cum solemnitatibus debitis, & solutis in similibus Iudicijs, quia ex quocumque defectu alijs nocere non debent =, & in quæst.* 17. paritèr discurrit de sententia lata Iuris ordine seruato, immò in *dicta quæst.* 17. §. *num.* 53. contrarium firmat quoad probationes, & Processus informatiuos factos per Communitates habentes Statuta Puritatis illam addens rationem, quod non admissio-

missiones transeunt in auctoritatem, in illo Collegio, aut Communitate, à qua factæ sunt durant quousque contrarium probetur, & *num.* 54. ponit differentiam inter sententiam iudicialiter latam in Cancellarijs, & alijs Tribunalibus, quæ transeunt in iudicatum, & non admissiones ad Collegia, seù ad munera, quæ requirunt puritatem, ex quo illæ non transeunt in iudicatum, & ex nouis probationibus possunt subuerti, vt plenè eiusdem Escobar auctoritate probaui in mea Facti §. 55., & 56.

Non obstante, quod releuantia dd. Processuum fuit cognita per Signaturam Gratiæ, nam huic obiecto præuentiuè fuit responsum in mea Facti super dubio compulsoriæ §. *Etenim Signatura Gratiæ cum seqq.*, quæ subijciuntur in §. 31., quod post desumptas primas informationes possunt etiam nouæ concedi: Nam nos non impugnamus, vt possint fieri nouæ informationes in casu tamen, quo concurrit releuantia Iurium compulsandorum, probetur existentia, & absit suspicio calumniæ, concurrentibus enim dd. tribus requisitis, quis negari auderet non esse concedendam compulsoriam, sed monstruositas instantiæ super Compulsorialibus in eo consistit, quod Reuerendissimum Capitulum compulsare intendit Iura in rerum natura non existentia, aut prohibita compulsari, irreleuantia, & calumniosa, quia si potuissent compulsari fuissent iam compulsata, & non solum fuissent compulsata à Canonico Toletano, sed vigore Compulsorialium expeditarum anno 1717., vel specialium ex Decreto Signaturæ Gratiæ ab anno 1718. vsque ad præsens.

Prætendit Pars Aduersa compulsoriam, ex quo Capitulum decreuit, probationes non esse completas, & quod Principalis, mediante Epistola conscripta Reuerendissimo Decano Ecclesiæ Toletanæ se subiecit nouis informationibus, quam epistolam dant in *Summario num.* 8., in qua Principalis non se subiecit nouis informationibus, sed supplicauit Decano, vt ei participaret fundamenta, vt ipse possit dd. Canonicis satisfacere ibi = *Supplicando ossequioso, & efficacemente à V. S., che mi facci il fauore di parteciparmi li fondamenti, che vi sono alla giustificazione di cotesti Signori, acciocchè la mia applicazione possa sodisfarli, & il mio desiderio conseguire d'appagarli* = ex quibus nescio speculari, ex quibus verbis dictæ Epistolæ desumunt DD. exaduerso Scribentes, quod Principalis consensum præstiterit nouis informationibus, vltra quod dicta Epistola non est in actis producta, & proindè de illa non est habenda aliqua ratio, quia Iura, quæ non sunt de actis dicuntur non esse in Mundo.

Prætendit Pars Aduersa, quod fecit omnes diligentias prò habendis Processibus, à dictis Collegijs, quos habere non voluit ob recursus habitos per dicta Collegia ad Tribunal Laicale, nàm in nostra Facti plenè diluimus hoc obiectum in §. *Prætereà*, & §. *Est satis animosa*, & *seqq.*

Domini exaduerso scribentes in eorum restrictu multum insudant à num. 35. ad 43., quod dicti recursus, licèt specialiter habiti per dicta Collegia, & nomine dd. Collegiorum, quod nihilominùs præsumi debet habiti, etiam per D. Principalem, cumulando ad hoc plures aucthoritates, & coniecturas.

Verùm Reuerendissimi PP. omnia cessant, quia tunc præsumuntur recursus habiti ab Interessatis, quoties non constat à quibus recursus habiti fuerunt tunc præsumuntur habiti à Collitigante; in quibus terminis procedunt auctoritates, & argumenta, quæ in contrario Restrictu cumulantur, secùs verò quoties ex recursibus compulsatis, & in actis productis constat fuisse habitos à Collegialibus specificè, & ex iusta causa, ex quo vigore Compulsorialium generalium non poterunt compelli ad illorum editionem, obstantibus statutis confirmatis à Sede Apostolica, & Iuramento de conseruando secretos dictos Processus, & obstante communi praxi Regnorum Hispaniæ. Postquam autem Capitulum obtinuit Compulsorialem specialem, neutrum ex Collegijs habuit recursum ad Tribunal Sæculare, sed Collegium S. Idelfonsi, scilicèt tàm Rector, & omnes Collegiales iurarunt non reperire Processum in eorum Archiuio, & quod dolo non desierunt habere.

Velle autem persuadere, quod Principalis secretis negociationibus impulit Collegiales ad non exhibendos dd. Processus est res ridicula, & ab omni ratione aliena, nam Principalis non habet vllam cum dictis Collegijs dependentiam, neque cum Collegialibus Amicitiam Parentelam, Consanguinitatem, neque est Persona potens, & de tempore secundi rescripti Signaturæ Gratiæ iam ad Vrbem se contulerat, & non ampliùs ad Hispanias se contulit, vnde quo pacto hos secretos tractatus facere poterat, & hæc exceptio, neque videtur decorosa Reuerendissimo Capitulo Toletano, quod satis notum est, habet tantam Potentiam in Regnis Hispaniæ, & præsertim cum Collegialibus, ex quo fere omnes Canonici fuerunt dd. Collegiorum Collegiales habent Consanguineos, Amicos, & quasi omnes Collegiales, subiectos, vt probaui in mea Facti super hoc Dubio, vnde est indecens Reuerendissimo Capitulo asseuerare, quod potentia Principalis priuati Nobilis paruæ Ciuitatis Seguntinæ fuit maior, & potentior Potentia Capituli Toletani, quod quàm sit absurdum vnusquisque potest considerare.

Quinimmò si recursus prætenduntur habiti ab eo, qui habet in Causa Interesse, vtique maius interesse videtur habere Reuerendissimum Capitulum, quam Principalis, ne huiusmodi Processus ederentur; Constat enim ex Processu informatiuo, quod non admissiones in dictis Collegijs processerunt ex malignitate, & falsa depositione duorum Inimicorum Fernandez, idcircò si dicti Processus fuissent editi, iam Reuerendissimum Capitulum non ampliùs posset sobstinere punctum Principalem non admittendi; Sed oporteret illum

ad-

admittere, non obstante, quod contra formam Statuti prætendunt non admittere Prouisum, quoties contra alicuius puritatem aliquid *dictum*, *vel* auditum fuerit, vt exposuerunt, tàm Summo Pontifici feliciter Regnanti, quam Serenissimo Regi Hispaniarum, vt probaui in mea Facti §. 86., *& seqq.*, & Processus non fuerunt editi, quia ita voluit Reuerendissimum Capitulum, ne Principalem contra propriam opinionem, & proprium punctum admittere cogerentur, cum nulla alia dilatio id impedire posset, quam ne Collegiales Processus ederent, quod ostendit factum Reuerendissimi Capituli, dum post obtentas Compulsoriales speciales à Signatura Gratiæ de Anno 1718. cum derogatione Statutorum dictorum Collegiorum, & secreti illis vsi non fuerunt per duos Annos cum dimidio, & semper inter vnam, & aliam Instantiam coram Iudice Compulsoriali intercedunt menses, vt ex Diarijs exaduerso distributis apparet.

Quin possit suffragari excusatio in dictis Diarijs adiecta, quod scilicèt anno 1718. datus fuit ordo, ne Hispani accederent ad Datariam, nam quid habet agere hoc mandatum cum exequutione in Regnis Hispaniæ Litterarum Compulsorialium specialium Signaturæ gratiæ, & quo pacto dictum mandatum impedire poterat dd. Compulsorialium executionem. Sunt enim excusationes satis frigidæ, & debiles, vt de se patet, itaùt omnes circumstantiæ in alijs terminis à Doctoribus ponderatæ retorquerentur contra Capitulum, cui magis expedit non patefieri dictas Informatioaes: Quod solum prò prætextu deseruit ad huiusmodi Causam æternandam, proùt omni studio curauit Reuerendissimum Capitulum à principio huius Causæ, vt probaui in mea Facti super Compulsoria §. *Est satis animosa*.

Denique prætendit Pars Aduersa, quod hoc Supremum Auditorium teneatur concedere Litteras Compulsoriales vigore Breuis expediti in sequelam rescripti Signaturæ Gratiæ: nam effectus dicti Breuis est terminatus, & Summus Pontifex in noua commissione concessit solum facultatem, *proùt Iuris fuerit ad exequutionem Breuis, & Litterarum Compulsorialium prædictarum, effectiuamque Iurium ad Causam facien. compulsationem* 3. *nostro Summario additionali num.* 10. *lit. A., & B.* indè fit, vt cum de Iure non possit concedi compulsoria prò compulsandis Processibus informatiuis, tam ratione non existentiæ, quàm ratione patentissimæ irreleuantiæ satis probatæ, inde fit Compulsoriales non esse decernendas, vt respondendo huic obiecto probaui in mea Facti super Dubio Compulsoriæ §. *Cum autem* §. *Et licet*, *&* §. *Propterà*.

Hucusque Aduersarij conati sunt probare esse concedendas Litteras Compulsoriales: nunc autem incipiunt impugnare præcedentes nostras Decisiones, & sententias, itaùt quamuis supplicent prò dilatione, nihilominus inducere satagunt probationem impuritatis ex argumentis à *num.* 44. *ad finem*.

Et primò impugnare satagunt Iuris assistentiam, quam habet Principalis, qui cum sit natus inter Christianos, & in Regnis Fidelium praesumitur esse puri sanguinis, quæ licet sit conclusio à nullo Doctore impugnata, vt probant decisiones editæ in Causis Toletanis impressæ in *par.prima rec.decis.*167.*num.*31., *& seqq.*, *& num.*39. *& decis.*182. *num.*4., *& decis.*494. *num.*1., *& seqq.*, *& 2.par. rec. decis.*335. *num.*1., *Ludouis. decis.*498. *num.*1. vbi plures alias Decisiones allegat cum alijs, quas recensent nostræ fauorabiles Decisiones, nihilominùs aduersùs tot decisiones in Causis Toletanis, & super interpretatione huius Statuti præualere debeat opinio *Escobar. de sangu. purit. part.* 1. *quæst.*8. §. 2. *num.*34. *in fine*, sed non est dubium, quod magis standum sit opinioni Sacræ Rotæ, quam vnico Doctori contrarium asseueranti, & fuit quoque decisum in *Rota dec.*333. *num.*7., *& seqq. par.*11.

Non obstante Statuto ibi = *Et donec prædicta informatio videretur, & ex ea constare de qualitate sic admittendorum, nullatenùs admittantur* = nam qualitas requisita per Statutum Ecclesiæ Toletanæ nulla alia, nisi vt ex Processu facto per Informantem, seù Commissarium Capituli constet, aliquem non descendere ab Hæbreis, Iudeis, & Sarracenis *Summario Partis num.*1. *lit.A.*, & propterea quotiès ex Processu formato à Canonico informante non probetur qualitas, quod Prætensor descendat à Progenitore Hæbreo, Sarraceno, vel Hæretico intrat præsumptio Puritatis fauore Prætendentis, vt rectè firmat *Rota in præcitatis Decisionibus præsertim dec.*185. *num.*8. *par.*1., cuius verba supra transcripsi, nec quicquam habet agere *decisio* 333. *num.*20. *par.*11., nam in dicta Decisione edita in Causa Corduben. agebatur *de Exposito, & Proiecto*, cuius Natales, & Progenitores ignorabantur, & allegabatur Decisio in Causa Toletana, qua fuerat decisum vigore Statuti Toletani, Proiectos, & Filios Terræ non esse admittendos in dicta Ecclesia, & proindè respondet Rota in dicta Causa dicit, quod *Rota in decis.*185. *par.*1. loquebatur de Statuto Ecclesiæ Toletanæ, vt non possent admitti, nisi constaret de qualitate, quod nos non negamus qualitem requisitam à Statuto, quod quis non descendat ab Hæbreij, Hæreticis, & Sarracenis, quę eò ipso probata censetur, quod ex Processu informatiuo non constet de impuritate Prouisi, vt ex lectura *dictæ decis.*185. *par.prima recent. apparet num.*38, *num.*42., *& passim in dicta decisione*.

Nec applicatur distinctio Escobar, quia *Escobar. de sangu. purit. par.*1. *quæst.*8. §. 3. *num.*15., qui distinguit inter primam, & secundam instantiam, nam Escobar nihil aliud dicit, quod in prima instantia hæc præsumptio non sufficit, vt quis admittatur ad Statuti Communitatem, sed quod fierj debet Processus: Nos autem non postulauimus coràm Reuerendissimo Capitulo admissionem ex sola Iuris

præ-

præſumptione ad effectum impediendi informationem à Capitulo faciendam, ſed dicimus, quod quoties eſt confectus Proceſſus à Canonico Commiſſario deputato à Capitulo, vt poſſit denegare admiſſionem oportet, vt Capitulum in hac materia obiectiua, & contra Iuris præſumptionem plenè, & concludentèr probet impuritatem Prætendentis, & eo ipſo, quod per plenas, & concludentes probationes non probetur impuritas remanet probata puritas, & hoc eſt id, quod in tot Cauſis huius Statuti fuit ab hoc Supremo Tribunali in tot Cauſis deciſum, & firmatum ex verbis, & mente dicti Statuti in præcitatis deciſionibus.

Non obſtante, quod ſubiungitur in contrario *Reſtrictu num.*49., quod ſcilicèt ex Proceſſu non conſtat plenè, & concludentèr de puritate, & per conſequens, quod non ſit locus admiſſioni, nam Principali ſufficit, quod ex Proceſſu informatiuo plenè, & concludenti probatione non appareat impuritas, nam eo ipſo, quod non eſt probata impuritas Prætenſor dicitur ad formam Statuti qualificatus ad hoc, vt admitti debeat hoc in ſpecie, iuxtà verba Statuti, & mentem ſtatuentium firmauit hoc Supremum Tribunal in tot deciſionibus, nempè in *deciſ.*167. *num.*39. ibi = *Non obſtat motiuum recens excitatum per Informantes, quod Capitulum ſatis probat non eſſe ſatisfactum Statuto, & non conſtare de qualitatibus Prouiſi, eo ipſo, quod non eſt probata Prouiſi puritas, nam reſpondetur ex ſupradictis non eſt explicitè, & abſolutè, quod quis deſcendat ab antiquis Chriſtianis, ſed ſufficit id implicitè, & negatiuè conſtare, quia nulla ſit Hæbreorum, Sarracenorum, vel Hæreticorum macula infectus, ideoque retorquetur obiectio, quod quinimmò requiſitum Statuti ſcilicet non infectio, ſiue non impuritas eſt probata eo ipſo, quod ex informatione per Capitulum capta non conſtat de maculis, idque proptèr Iuris præſumptionem, quæ in dubio ſtat prò excluſione macularum, & prò non infectione* = *&* *num.*42. ibi = *Et quod tollit omnem difficultatem eſt, quod propter iſtud Dubium puræ, vel impuræ originis Statutum vult, quod capiatur informatio. Quando igitur capta fuit informatio, à quibus Capitulum voluit, & ex illa informatione non conſtet de impuritate, tunc præſumptio Iuris, quæ militat prò non impuritate reducitur incertitudinem, nedum quia id, quod non reperitur, dicitur non eſſe, vt iam deductum eſt Baldus eſt &c. ſed etiam quia cum Statutum velit, quod ex informatione conſtet de qualitate Prouiſi ſequitur concluſio, quod negatiua coarctata ad aliquam informationem probatur eo ipſo, quod ex illa informatione non conſtet de affirmatiua* = *&* *num.*44. ibi = *Sed ſi Capitulum velit intelligere ſuum Statutum, vbi loquitur de Chriſtianis antiquis, neceſſe eſt etiam, vt agnoſcat vim diſpoſitionis conſiſtere non in qualitate affirmatiua Deſcendentiæ ab antiquis Chriſtianis, ſed in negatiua Deſcendentiæ ab infectis* = *& deciſ.*185. *eadem par.*1. *num.*2. ibi= *Viſum fuit Dominis fruſtrà prò par-*

 te

te Capituli excitati querimonias quasi rumpatur Statutum; vel illius dispositio &c. cum potiùs tàm insignis Ecclesiæ Statutum Apostolica Auctoritate confirmatum in suo antiquo robore, & legitima obseruantia permanere Rota percupiat, & quantum in se est enitatur, atque ex resolutionibus in hac materia sæpissimè factis appareat, quod in hac causa Rota censuit, id fuisse nobis quasi traditum per manus Antecessorum nostrorum, dictamque interpretationem perpetuis, & constantibus suffragiis; & olim, & nunc receptam fuisse, & quidem vltra decisiones aliàs cumulatas nouissimæ &c. vbique disertis verbis dictum eo ipso, quod Capitulum non probet impuritatem, intentionem Prouisi esse fundatam idque sæpissimè Rotam resoluisse; & successiuè Reuerendissimi PP. in dicta decisione assumpserunt onus interpretandi Statutum Ecclesiæ Toletanæ à *num.3. ad finem* ad effectum probandi, quod præcitata conclusio desumebatur, & probabatur ex mente, & verbis ipsius Statuti Toletani, & *decis.196. eadem par.1.,* vbi Sacra Rota denegauit remissoriam ad effectum probandi, quod ad hoc, vt Capitulum posset Prætendentem non admittere, quotiès ex Processu informatiuo non constaret de puritate Prouisi, quia dicta obseruantia esset contra litteram, & mentem Statuti, & contra interpretationem Sacræ Rotæ vbi *num.3* .ita firmat *Rota non obstat quod Decisiones Rotales procedant in casibus, in quibus per Testes positiuè constabat de puritate, quia hoc non est verum, nam licèt in aliquibus casibus adessent Testes, qui probent puritatem, siuè, quod Prouisus non descendat ab infectis, nihilominùs de his probationibus non fuit habita ratio, sed in abstracto fuit dictum onus probandi incumbere Capitulo, & sufficere Prouiso ad hoc, vt eius intentio dicatur probata secundùm Statutum, quod Capitulum non probet impuritatem, quod patet ex ipsis decisionibus quinquaginta ab hinc annis factis super hoc Statuto Toletano, & num.4.* infinitas antiquas decisiones editas super controuerso Statuto Toletano, & *num.7.* iterum probat prætensionem Capituli esse contra verba, & mentem dicti Statuti, & *decis.212., & decis.657. eadem par.1., & decis.277. par. secunda recent.*

Hinc poterant omitti exceptiones, quæ dantur contra Testes cumulatas, qui deponunt pro puritate Principalis, & *num.49.* cum pluribus sequentibus in contrario Restrictu, quia improbus labor cumulandi tot exceptiones est inutilis, nam cum Testes fuerunt examinati à Canonico Commissario Reuerendissimi Capituli, sine vlla citatione Principalis, vel illius participatione, idcircò exceptiones, quas habent, aùt in Personis, aùt in dictis, Principali non nocent, vt in puncto in Causa Toletana Portionis respondit *Rota decis.277. nu.3. part.2. Recent., & in alia Causa Toletana Portionis coram Mantica inter illius impressas dec.285.,* 'itaùt hac solidissima responsione remanent confutatæ omnes exceptiones', quæ contra Personas, aùt dicta

dicta Testium proponuntur, & primò prætenditur exaduerso, quod Testes in Terra Acquauiuæ examinati nihil probant, quoad Puritatē Principalis, quia illū prò puro qualificant, ex quo nihil sciuerunt, aùt dicere audiuerunt cōtra Impuritatē iuxta deducta ab Escobar cōtra quē litteraliter *Carleu. de Iud. tit. 2. disp. 3. n. 38. per tot.* vbi affirmat cōtrarium. Nàm secundùm opinionē Escobar, tùnc Testes modo præmisso deponentes non probant puritatem, quoties concurrit similis depositio cum depositione aliorum Testium de impuritate deponentium, & reddunt Causam, & rationem impuritatis, proùt præfatus *Escobar se explicauit in part. 2. quæst. 9. §. 3. num. 29., & 30.,* ibi = *Quod, & clariùs exposuit Lara, vbi tradit casu, quo plures Testes puritatem asserentes illam conijciunt rationem, quia nullam maculam in genere audiuerunt, nec à maculatis Prætensorem descendere audiuerunt, quæ ratio insufficiens est, vt ipse asserit &c., quibus pluribus, ita insufficienter ratiocinantibus meritò præferri debent pauciores maculam firmantes reddita ratione, quia viderunt, & cognouerunt Ascendentes Iudeos, Mauros, aùt Hæreticos reconciliari, aùt pænitentiari, seù ità audiuisse à suis maioribus, & semper prò talibus habitos communiter accepisse* =, idcircò tùnc octo Testes examinati in Terra Acquauiuæ, iuxtà opinionem d. Escobar non probarent puritatem Principalis, quoties concurrerent Testes deponentes de impuritate, vel quia viderunt Ascendentes Hæbreos, vel quia pro Descendentibus ab Hæbreis, & infectis ab ipsis, & suis maioribus habiti fuerant: Cùm itaque in casu nostro nullus adest Testis, qui deponat de impuritate cum dd. requisitis, vtique illi Testes examinati in Terra Acquauiuæ probant Principalis puritatem vltra quod sufficit Principalis, quod ex dicto Processu nulla elici possit impuritatis probatio, ad hoc, vt non possit Capitulum admissionem denegare, iuxtà inconcussam, & perpetuam huius Supremi Tribunalis sententiam ex supra firmatis. Neque ex nostra parte factum fuit aliquod fundamentum in Testibus examinatis in Terra Acquauiuæ, proùt fieri poterat, vt est, quod omnes qualificauerunt Cognomen *Torres* dictæ Terræ, & probatum remanet, quod Isabella fuisset naturalis dictæ Terræ.

Prætendunt secundò esse ponendos ad Partes Testes examinatos in Villa Matriti, qui sunt decem, & septem sub prætextu, quod deposuerunt, nullam habere notitiam Lineæ Paternæ Principalis, super qua cadit prætensio impuritatis Reuerendissimi Capituli, sed hæc exceptio est contra Facti euidentissimam veritatem, quia omnes Testes examinati in Villa Matriti omnes deposuerunt circa puritatem D. Principalis, & omnium Ascendentium, tàm de Linea paterna, quàm materna, & omnes deposuerunt de communi reputatione, & publica voce, & fama Puritatis, & nobilitatis Familiæ Principalis, vt liquet ex lectura, & aliquorum Testium depositione examinato-

rum in Villa Matriti transcripsimus in nostra Facti §.38., & liquet ex lectura nostri *Summarij principalis à num.48. vsque ad num.58.* vndè valdè miramur, quod contra tàm patentem Facti euidentiam audeant DD. exaduerso Scribentes asserere, quod Testes examinati in Villa Matriti solùm deposuerunt de puritate Aui Materni Principalis, & non deposuerunt de linea paterna.

Et quod magìs est admiratione dignum, quod idem Commissarius non transcripserit depositiones septem Testium, quos examinauit in Villa Matriti, adhuc hìc testatus fuisset, omnes deposuisse de puritate omnium Principalis Ascendentium, tàm ex linea paterna, quàm materna *num.56. circa finem*, ibi = *E tutti dissero vniformemente, e nella medema conformità, che quelli esaminati in scriptis, dando buona raggione, e conto nelle loro deposizioni per la cognizione di detto Gioseppe de Guignones de Medina, & altri per le notizie di questo, e della natiuità del Pretendente, e delli suoi Genitori, & AVI PATERNI, E MATERNI, COME DELLA SVA PVRITA' DI SANGVE, E QVALITA'* =; Si itaque idem Canonicus Commissarius quoad depositiones in scriptis non redactas illorum, qui fuerunt examinati in Villa Matriti ausus non fuit testari, quod depositiones dd. Testium erant restrictæ ad puritatem Aui Materni, sed ingenuè fatetur, illos deposuisse de puritate Auorum Paternorum, & Maternorum, nescimus, quo pacto DD. exaduerso Scribentes ausi sint asserere, quod depositiones in scriptis redactæ aliorum Testium examinatorum in Villa Matriti sint restrictæ ad puritatem Aui Materni, quoties ex lectura apparet, deposuisse de communi reputatione, & fama circa puritatem omnium Ascendentium D. Principalis, vt ex lectura Summarij apparet, & hi Testes sunt multi Dioecesani Seguntini, & alij habitauerunt in dicta Ciuitate, & propterea deponunt cum plena cognitione Familiæ Principalis.

Nos in numerò Testium non adscripsimus Collegiales examinatos à Canonico Commissario, quì illi non fuerunt ab eo examinati super puritate, vel impuritate Familiæ Principalis, sed solùm fuerunt examinati super non admissione duorum Consanguineorum Principalis ad dicta Collegia, & primus Testis respondit nescire, *Summ. nu.57.* secundus Testis depònit de auditu super non admissione Patrui Principalis ad Collegium Sanctæ Crucis *num.58.* tertius Testis licèt deponat de non admissione Patrui Principalis ad Collegium Sanctæ Crucis, tamen fauet huic Parti, ex quo deponit, id processisse propter dubietatem, quæ orta fuit, an vna ex Ascendentibus de Familia Torres Loci Acquauiuæ, vel alterius, *Sum. princ. n.59. lit. B.* ibi = *Perche aueua il Pretendente vn Cognome di Torres in vn ascendente, e si dubitò se era di vna, ò vn'altra Terra, e che essēdo di vna, ch'era d'Acquauiua era buono* = patet itaque ex depositione huius Testis, quę contrà Capitulum plenè probat, Patruum Principalis non fuisse admis-

sum

sum propter solam dubietatem, an Isabella de Torres esset originaria Acquauiuæ, & per consequens, iuxtà abusum Collegiorum, quibus prò exclusione sufficit quælibet dubietas, alter Collegialis deposuit ignorare *Summario num.60.* alter Testis, de quo in *Summario num.61.* paritèr deposuit nescire, vt in §. *Disse &c.* Don Laurentius verò Morales deposuit de Consilio suæ Maiestatis deposuit fauore huius Partis, vt ex *Summario num.62. litt.A.*ibi = *disse, che esso Deponente entrò nel Collegio l'anno* 1681., *e che non fù à tempo suo la pretensione del detto Dottore Don Giuseppe de Iubera &c. e quello che intese sempre nel Collegio fù il discorrere con gran compassione del Pretendente, & ad esso Deponente li parue molto strano per esser stato alleuato in Siguenzà, & auer veduto trattare, e communicare li suoi Genitori, la Famiglia del detto Dottore Don Giuseppe Iubera, come vna delle prime, e più conspicue della Città* = cum hic Testis adeò qualificatus licèt Collegialis S.Crucis deponit de communi reputatione Familiæ, tamquàm ex primarijs, & nobilioribus Familijs Ciuitatis Siguntinæ, quià Testis de tractatu, & communi reputatione deponens in hac materia plenè probat. Alter Collegialis examinatus à Canonico Commissario *num.63.* licèt deposuit de non admissione Patrui Principalis ad Collegium S.Crucis, dicit tamèn non fuisse admissum, proptèr Epistolam cæcam Collegio transmissam, qua significabatur Collegio illius Consanguineum non fuisse admissum ad Collegium S.Idelfonsi, quodque probata illius non admissione decreuerunt, illum non admittere, & sic deposuit, Collegium S. Crucis in tantum non admisisse Patruum Principalis, in quantum Collegium S.Idelfonsi non admiserat illius Consanguineum, & proindè probat iniustitiam non admissionis; cæteri verò Collegiales à Canonico Commissario examinati, omnes nescire, deposuerunt, vt ex *Summario num.64., 95., 66., & 67.* neque ex nostra parte intèr Testes adnumerati fuerunt dicti Collegiales, vt ex Informatione nostra Facti apparet, sed dumtaxàt de illis duobus, qui deposuerunt de Causa non admissionis Patrui Principalis, quos huic parti fauere indubitatum est.

Prætendit Pars Aduersa, quod ex triginta Testibus examinatis in Ciuitate Seguntina tres deponunt de impuritate, qui dantur in *Summario Partis num.12.*, contrà quos iàm dedimus in nostra Facti plenissimam responsionem *à num.39. ad* 47., præsertìm quià Martinez Canonicus Lectoralis est falsus in pluribus, & suam depositionem in parte retractauit, vt ex eodem *Summ.Partis nu.17.litt.FF.*, nàm in primà deposuit, quod Isabella de Torres fuit pœnitentiata à Tribunali Inquisitionis, in secundà se retractat, & deponit, id non esse verum *Summ.Partis num.12.litt.GG.* in primà depositione deposuit audiuisse communitèr malè, loqui de d.Familia, in secunda se retractat, & dicit audiuisse malè loqui in Congressibus habitis cũ

Ca-

Canonico Retuerta,& Paxares *d.num.12. litt.LL.* §. *Et vltimamente disse*.

In primà depositione falsò deposuit, quod licèt illi de Familià fecissent plures Puritatis probationes, nihilominùs nunquàm dederunt Isabellam de Torres prò originaria Terræ Acquauiuæ, & quod numquàm Informantes se contulerunt ad Terram Acquauiuę *Summario Patris num.12. litt.Z.*, & liquidò constat, quod vsque de anno 1646. occasione probationum factarum à Tribunali Inquisitionis fuit probata origo Isabellæ de Torres à Terra Acquauiuæ, ibique Commissarij Testes examinarunt, & Instrumenta compulsarunt, vt ex nostro *Summario Additionali num.12. litt.AA.*, *& BB.*, *& CC.*, & sequentibus, eadem origo data fuit per Patruum Principalis anno 1680. in Tribunali Inquisitionis, & Commissarij se contulerunt ad Terram Acquauiuæ *Summario num.10. litt. PP.*, *QQ. & RR.*, & multas aliàs deposuit falsitates, itaùt si criticare velimus dd.duorum Testium depositiones apparebat, plures dixisse falsitates, & mendacia, quàm verba: sed sufficiunt responsiones datæ in nostra Facti in numeris suprà allegatis.

Prætendunt, non esse admittendos fauore Principalis alios sex Testes sub prætextu, quod licèt Principalem qualificauerint, tamen illum qualificant, ex quo nihil audiuerunt dicere contrà illius puritatem, sed patet responsio ex suprà adductis, quod scilicèt secundùm opinionem Escobar, tunc Testes ità deponentes non probant, quotiès adest concursus Testium deponentium, vèl ex certa scientia, vel de communi reputatione de Impuritate, & sic in casu nostro probant, cum non adsit iste Testium concursus,& secundum refert *Curleual. de Iudic.tit.2. disput.3. num.38.*

Progrediuntur DD.exaduerso Scribentes ad proponendum exceptiones contrà secundum Testem, ex quo ille se ostendit nimis informatum, & prætenditur contradictio, ex quo deponit scire, Isabellam de Torres fuisse originariam Terræ Acquauiuæ, & nesciebat originem aliorum Ascendentium, nàm d.Testis Canonicus Ecclesiæ Siguntinæ, tamquàm illius Canonicus susceperat pluriès informationes supèr puritate, & proindè ex Instrumentis per ipsum recognitis remansit benè informatus de origine Isabellæ de Torres, vt ex *Summario Principali num.6. litt.H.* ibi = *e questo costa ad esso Deponente per li motiui sequenti cagionati dall'auer fatto due proue per due natiui di questa Città, l'vno per Canonico, al quale toccaua il Cognome de Torres, e l'altro per vn Portionario, e per distiguere detto Cognome di Torres di questi Pretendenti da quelli dell'infetti, fù costretreto applicarsi à vedere dalli Libri antichi, & altri Istrumenti, e Scritture conducente à questo effetto* = itaque non poterat dari depositio Testis magis informati, quàm dicti Canonici, qui fecerat duabus vicibus Informationes prò Descendentibus aliorum de Familia Torres, & proindè malè criticatur illius depositio.

Ne-

Neque falsitas alterius Testis deduci potest ex eo, quod deposuit vidisse in manibus Hieronymi Fernandez copiam inscriptionis sepulcralis Isabellæ de Torres authenticatam à Succentore dictæ Ecclesiæ, nam cum in posse dicti Succantoris adsit copia authentica dictæ inscriptionis sepulcralis, prout illam exhibuit Canonico Toletano Commissario *Summario Num.35. in principio*, vndè non est inuerisimile, quod dictus Succantor extradiderit Hieronymo Fernandez, prout illius copiam præsentauit dicto Canonico informanti *dicto Summario Num.35.*, neque est verum, quod copia præsentata erat Scartafaccium, quia erat originale confectum à Cantore Ecclesiæ Siguntinæ de mandato Reuerendissimi Episcopi Siguntini, *dicto Summario Num. 35. in principio, & fine*, & habemus copiam illius Epitaphij in Testimonio S.Inquisitionis, vbi Secretarius refert, quod anno 1646. fuerunt lectæ dictæ inscriptiones *Summario Principali Num.42.*

At quomodo poni in dubio possunt dicta elogia sepulcralia, quoties apparet fuisse recognita à Canonico Commissario, illaque repetijt in aliquibus verbis ab antiquitatem corrosa, & consumpta, vt liquet *ex Summario Partis Num.46.*, & quando constat, dicta elogia sepulcralia fuisse transcripta à Tribunali S.Inquisitionis anno 1646., *vt ex nostro Summario Principali Num.42.*, quæ concordat cum copia existente penès Succantorem, & factam auctoritate Episcopi Siguntini.

Verùm quatenùs dicti Testes non essent connumerandi fauore Principalis propter mendicatas exceptiones, quæ à Reuerendissimo Capitulo Toletano proponi non possunt, adhuc remanent tot Testes, vt plenè probent Principalis, & suorum Ascendentium puritatem, ad quem effectum sufficit, vt deponant de communi reputatione adhoc, vt plenam constituant in hac materia probationem, vt in omnibus Causis Toletanis decisum fuit ab hoc Supremo Tribunali supra allegatis, & plenè *Rota in alia causa Toletana coram Mantica decis.317. num.1., & 3.*, in qua etiam agebatur de prætensa infectione alterius Isabellæ de Torres, vt ex dicto num.1.d. Decisionis apparet,

Præsertim quia hic concurrit fama, & communis antiqua reputatio, quæ semper in antiquis plenam constituit probationem, vt plenè probaui in mea Facti §.71., *& seqq.*

Non obstat, quod probationi communis reputationis, & famæ prosternitur à non admissionibus ad dicta duo Collegia: nam non solum obiectum cessat, reflectendo, quod in Hispanijs nota est praxis Collegiorũ non admittendi Prætensorem etiam ex falso auditu aliquorum Testium, vndè non est mirum, quod illa communis reputatio non remansit prosternata ex dictis non admissionibus, sed continuauit ètiã post dictas nõ admissiones, prout de hac continuatione deponunt illi met duo Testes, quibus Capitulum vtitur ad proban-

dam

dam somniatam, & ideatam infectionem, vt probaui in mea Facti §.46., quocircà si etiam dicti duo Testes deposuerunt de communi reputatione puritatis, & nobilitatis dictæ Familiæ, non obstantibus dictis non admissionibus, est euidens, quòd illæ non admissiones non immunuerunt publicam, & communem reputationem, in qua existebat, & in qua existebat, & in qua continuauit dicta Familia.

Sed quod tollit omnẽ difficultatem est, quod statim post non admissionem Hieronymi Lamon ann. 1645. ad Collegiũ S. Idelphonsi illius frater anno 1646. se fecit admittere in Ministrum Inquisitionis; & anno 1681., quo non fuit admissus Patruus Principalis statim idem fuit admissus in Iudicem S. Inquisitionis; post quorum instantaneas admissiones ad Tribunal S. Inquisitionis suffocata remansit omnis vmbra famæ, quæ ex dictis non admissionibus Collegium poterat oriri, & per consequens semper perdurauit fama Puritatis, & Nobilitatis de qua deponunt nostri Testes, qui cum etiam deponant de iniustitia dictarum non admissionum vtique perdere non poterant antiquum puritatis, & nobilitatis conceptum, vt de se patet.

Prætenditur in contrario Restrictu n.67. quod Testes examinati à Canonico informante in Ciuitate Siguntina fuerunt instructi à Principali, sed non credimus posse dari ineptionem, exemptionẽ nam cum dd. Testes non fuerunt inducti à Principali, sed fuerunt examinati ad libitum Canonici Commissarij, quo pacto poterant instrui à Principali nesciente quos, & quales Testes possunt à Canonico Commissario examinari, & quos Commissarius volebat examinare, Principali à Ciuitate Siguntina absente, & qui erant ignoti, sed ad quid proponere exceptiones inuerisimiles à veritate pænitùs alienas, quando de anno 1647. à Tribunali Inquisitionis fuerunt examinati centum sexaginta Testes, qui omnes deposuerunt de huius Familiæ puritate, & nobilitate *Summario addit,onali Num.* 12.; anno a681. alium magnum Testium numerum *Summario Num.* 10. *litt.H.* Anno 1711. *Summario Num.* 11. Anno 1598. alij Testes à Capitulo Siguntino, Anno 1611. à Capitulo Oxomen., & infinitis alijs vicibus, qaibus semper Testes deposuerunt de puritate, & nobilitate huius Familiæ, & Descendentium ab Isabella de Torres, vt ex arbore genealogico distributo.

Neque est verum in facto, quod origo Isabellæ de Torres à Terra Acquauiua originem habuit à Consanguineis Principalis, sed veritas est, habuisse originem à publicis Instrumentis, & a tot informationibus captis, & ex tot actibus positiuis, & ex continuata communi reputatione, & famà antiqua, & moderna, absque eo, quod vnquam dictum, vel auditum fuerit quicquam in coutrarium ab anno 1541.. quo decessit Isabella de Torres vsque ad annum 1645., quo inimici dictæ Familiæ disseminarunt, dictam Isabellam esse consangui-

guineam infectorum de Familia Torres ignobili, vt probaui in mea Facti.

In contrario Restrictu supponitur ex nostra parte semper fuisse admissum, quod si Isabella de Torres probetur Siguntina esset infecta, quod constanter negamus, quia in Ciuitate Siguntina adsunt tres aliæ Familiæ nobilissimæ de cognomine Torres distinctæ ab infectis, & sic numquam admittere possemus, quod si Isabella de Torres esset Siguntina, esset infecta, incumbit enim onus Reuerendissimo Capitulo ex forma sui Statuti probare, Isabellam de Torres fuisse Siguntinam, & infectam, siuè de illa vnica Familia Plebea infecta, quod neque per vmbram potuit Canonicus Commissarius probare:)

Denique opponitur alia exceptio contra dictos Testes, quod scilicèt, quod cum circa originem Isabellæ de Torres se referant ad Instrumenta, & per consequens, cum Instrumenta sint de falso suspecta, hinc illis nulla fides est adhibenda.

Quandoquidem, neque Testes examinati numero decem, & septem in Villa Matriti se referant ad Instrumenta, neque Testes triginta, & vnus examinati in Ciuitate Siguntina quoad communem reputationem, & famam quoad Familia Principalis semper reputata fuerit pro vna ex nobilioribus, & purioribus Familijs Ciuitatis Siguntinæ se referunt ad Instrumenta, & per consequens satis ex illorum depositionibus probata remanet puritas huius Familiæ, quinimmò illi duo Testes, qui conati sunt de solo auditu à Canonico Retuerta deponere de infectione, adhuc tamen ambo sunt contestati, quod Familia Principalis semper habita fuit pro nobiliori, & puriori, & magis conspicua Ciuitatis Seguntinæ, quę ex cuius propterea attestationibus probata remanet huius Familiæ puritas: neque habet aliqua facti subsistentiam, quod Instrumenta habent suspicionem falsitatis, vt infra probabitur.

Opinio Perez de Lone, quod iuxta morem Hispaniæ magis creditur Testibus de infectione, quam mille de puritate, non solum est opinio iniqua, & iniusta, sed contra veritatem, prout infinitis Doctoribus Hispanis dict. Perez de Lara confutat, & omninò videndus *Carleual. de Iudic. tit. 2. disput. 3. ex num. 35. vsque ad num. 38. per tot.*

Quinimmò eumdem Perez de Lara confutat Escobar de sanguinis puritate, Auctor à DD. exaduerso Scribentibus allegatus, dictus enim *Escobar. de puritate in par. 2. quæst. 3. tit. de minori numero Testium*, in quo fuso calamo tractat hunc articnlum dicit, quod opinio Perez de Lara procedit in solo casu, quo minor Testium numemerus deponit de facto certò impuritatis, vt quia viderunt, aliquem fuisse pœnitentiatum à Tribunali Inquisitionis, vel in casu, quo indicant Sambenitos in aliqua Ecclesia affixos, itaùt deponunt de facto certo, & indubitato, vt liquet *ex dicto num. 3. à nu. 1. ad 5.*

nam

nam post relatam numero primò opinionem Perez de Lara, & contrariam opinionem Hieronymi Zeuallos firmat, quod opinio Perez de Lara procedit in casu, quo minor numerus Testium deponit de certo facto impuritatis, secus verò si non deponunt de facto certo impuritatis *num. 4.* ibi = *Secus verò dum certum factum, à quo prouenit infamia assignatur, nempè si dicant Testes, Auum conuersum, aut pœnitentiatum extitisse, aut si certa infamiæ species assignetur, quæ specificatio vincere debet quamlibet aliam generalem bonæ famæ, & puritatis, etiamsi maior Testium numerus purum dicat. Prætensorem &c.* quodque Perez de Lara in dicto casu loquatur siuè sit intelligendus, quod alias illius opinio esset irrationabilis probat idem *Escobar dicto* §.3. *num.*16. ibi = *in qua dissentione, & contrarietate, nec dicendum puto, Laram affirmasse, quod Communitates, in quibus causæ puritatis strictè iudicantur præferant Testes pauciores quomodocumque macula generis testentur cum ratione, aut veri similitudine, aut sine ea* NEC CREDENDVM EST, NEC QVIDEM COGITANDVM, *quod si ita intelligeret Lara approbasset, nec Iuris rationes adduxisset pro simili irrationabili consuetudine, alias enim res ipsa cum ratione, & Iure pugnaret,* ibique probat, quod Lara sit intelligendus de casu, quo Testes certam, & veram adducant causam infectionis habet fortè Reuerendissimum Capitulum Toletanum aliquem Testem ex tanto numero examinatis, qui deponat de certa, & vera causa infectionis, & de aliquo facto certo infectionis, vt in hac materia adeò graui sequi velit opinionem Perez de Lara de vno, aut duobus Testibus deponentibus de auditu ab vno, qui nesciebat facti veritatem, & de credulitate illius, vt eorum depositionem præferre velit tot Testibus super puritate, & cum tot rationibus deponentibus.

In numero 71. prosequuntur contrarij Defensores, & dicunt, quod illi Testes de impuritate deponentes sunt longè magis qualificati, quàm nostri Testes, nam non solum id est falsum in facto, sed etiam quia illi, qui deposuerunt de impuritate, deposuerunt de auditu ab vnico Teste, qui veritatem nesciebat, ex quibus coniicere possunt Reuerendissimi PP. qualis oppressio substineatur à Principali, & quam sit iniusta oppositio Reuerendissimi Capituli, quod licèt teneatur probare perfecta, & concludenti probatione impuritatem, qua non probata, Principali debeat admitti ad Canonicatum, nihilominùs Reuerendissimum Capitulum pro clypeo impuritatis solum vtitur depositionibus duorum Testium de auditu à Canonico Retuerta, qui ijsdem Testibus ingenuè fassus fuerat veritatem nescire.

Continuant in alia oppositione, quod scilicet Collegium S.Crucis antequam Principalem non admitteret consulucrat Episcopum Conchen. Inquisitorem generalem, quod probat ex dicto vnius Testis, qui deposuit de auditu, potest enim fieri fundamentum in depositione

ne vnius Testis de auditu absque specificatione Personarum, à quibus audiuerat, quodque id sit falsum ex eo apparet, quod dictus Inquisitor Generalis postmodum anno 1681. Patruum Principalis ad munus Iudicis S.Inquisitionis admisit fortè ad reparandam iniustitiam illatam à suo Collegio S.Crucis. Si enim ipse Collegio insinuasset, nè Patruum Principalis ad Becham honorificam admitterent, vtique postmodum ipse, tamquam Generalis Inquisitor non permisisset statim, ex vix vno anno elapso eumdem Patruum Principalis ad munus Iudicis S.Inquisitionis admittere hoc modo redarguens iniustitiam illi factam à suo Collegio S.Crucis, in quo fuit Collegialis.

In contrario Restrictu num.33. dicunt, quod ex actibus positiuis sunt eliminandi illi de Ecclesia Siguntina Oxomen., & Collegij Lucen., ex quo dictæ Communitates non sunt in pragmatica Philippi Quarti consideratæ, sed argumentum procederet, si illis nos vteremur ad effectum pragmaticæ, sed non potest negari, quod dictæ admissiones ad Communitates munitas Statuto puritatis valdè conducant ad puritatis probationem, & quamuis deduximus actus positiuos decernentas quartum quinti Aui Paterni, illos non deduximus pro coadiuuanda probatione priuatis Isabellæ de Torres, sed solum quoad latus paternum, & non Isabellæ de Torres.

Quo verò ad latus quintæ Auiæ, & Isabellæ de Torres vltra actus positiuos resultantes ex tot admissionibus ad Canonicatus, & Portiones ad Ecclesiam Siguntinam antiquissimos, vbi magis nota esse poterat intectio dictæ Isabellæ actum positiuum Ecclesiæ Oxomen., & duos alios actus positiuos Collegij Lucen. sed habemus *quatuor actus positiuos Tribunalis S. Inquisitionis*, quod est Tribunal præelectum in sua pragmatica à Philippo Quarto, vt probaui in mea Facti *n*.97., & habemus septem actus positiuos in Ecclesia Seguntin., vt ex nostra Arbore genealogica constat, & in illis factis de Anno 1611., 1615., 1624., 1636., 1646., 1681., fuerunt factæ informationes in Locis, vbi originarij erant Prætendentes, & in omnibus istis Informationibus probata fuit puritas Principalis, & eorum Ascendentium, specialiter, & in genere per publicã vocem, & famam, & si ità non fuisset probata puritas, Prætensores de Anno 1611., 1624., & 1636., non essent admissi in illis Communitatibus, vbi viget statutum rigorosum, vt plenè probaui in mea Facti *n*.70.

De quatuor actibus positiuis exhibitis coram Canonico Commissario, qui concernunt Descendentes Isabellæ de Torres dicunt Defensores Capituli, quod illis non sit adhibenda fides, ex quo sunt producti lite pendente sine Processibus Informatiuis, vtique Rmi PP. est res satis noua, vt Litteræ patentes, quibus qui creatur Officialis, & Minister S. Inquisitionis non faciant fidem, faciunt quidem indubitatam, & irrefragabilem fidem Litteræ patentes Episcoporum, quibus testantur, N.; & N. ordinasse ad Primam Tonsuram, Diaconatum, Subdiaconatum, faciunt fidem Litteræ patentes, quibus creantur Familiares Eminentissimorum Cardinalium, faciunt fidem omnes Litteræ patentes, quæ dantur à quocumque Tribunali,

& ni-

& nihilominus Capitulum prætendit, quod Litteræ patentes Supremi Tribunalis Inquisitionis, quibus creant Iudices, Notarios, & Familiares non faciant fidem, & proindè hæc exceptio est elimanda; sed quo pacto contrarijs Defensoribus, & Reuerendissimo Agenti Reuerendissimi Capituli cadere potuit in mentem, quod Litteræ patentes, quibus creantur Ministri S.Inquisitionis non probant, cum productæ fuerint non lite pendente, vt falsò asseritur, sed coram Canonico Commissario Capituli, super quibus idem Canonicus Commissarius suum interposuit Decretum, quod tanquam expeditæ in forma consueta erant in forma legali, & omni suspicione carebant, vt ex *tertio Summ. Additionali num.17. litt. H.* = ibi = *Nella Città di Siguenza à di 14. del mese di Nouembre Anno 1712. il Signor Don Barnaba Antonio de Salazar* (qui erat Canonicus Commissarius Capituli) *auendo veduto le diligenze esistenti sotto questo atto, e la comprouazione dell'Instromenti tutto fatto da Sua Signoria, e quelle, dalle quali consta esserui state in questa Città tali Scriuani. Et essendo gl' altri Istromenti titoli originali spediti dal Santo Tribunale dell'Inquisizione, & attestazioni delli suoi Segretarij nella forma, che costumano darle, per la qual raggione li detti Instrumenti per quanto apparisce, sono esenti, e liberi da ogni sospetto &c., e con questo suo atto lo prouidde, & ordinò il detto Signore* = Si itaque Litteræ patentes originales fuerunt exhibitæ coram Canonico Commissario, qui decreuit, illas esse originales, & conscriptæ in forma consueta, & quod carebant omni suspicione, nescimus, quo pacto allegari valet in hodierno Iudicio illorum illegalitas.

Præsertim quia post productos titulos originales, Principalis quoque institit coram Iudice Compulsoriali, vt dicti tituli cum suis Processibus extraherentur, citato Reuerendissimo Capitulo, qui relaxauit Litteras supplicatorias, quibus præsentatis in Supremo Consilio S.Inquisitionis citata Parte Anno 1716., vt ex *quarto Summario Additionali num.3.*, Supremum Consilium S. Inquisitionis interposuit decretum *dicto num.3. litt.P.* ibi = *Gli si diano le certificazioni, che dimanda, che sono al suo fauore, & in quanto alla citazione della Santa Chiesa di Toledo non hà luogo per essere contro lo stile, & osseruanza del S.Officio.*

Præuiderat enim Principalis, quod per Capitulum S. Ecclesiæ Toletanæ non esset danda fides litteris patentibus, & titulis originalibus productis coram Canonico Commissario anno 1712., quamuis à dicto Canonico approbatis, & expeditis, iuxtà stylum dicti Sac.Tribunalis, vt suprà probaui, & proindè expediuit, citata Parte coram Iudice compulsoriali anno 1716. litteras supplicatorias, vt sibi citata Parte extraderentur certificatoriæ super deputationibus illorum in Familiares, & Iudices Inquisitionis, & Supremum Consilium Inquisitionis quoad citationem Partis decreuit, non esse locum, quia est contra stylum, & obseruantiam Tribunalis.

Non obstant auctoritates, in quibus enunciatur, aliàs fuisse producta documenta extracta ex Sancto Tribunali: sed dictæ auctoritates non dicunt fuisse extractas, citata Parte; & quoad *Titulos Officialium*

San-

Sanctæ Inquisitionis, quod non faciunt fidem, nulla auctoritate probari potest; & quod non debent attendi, probatur ex *Escobar de purit. par.1. quæst.3. §.4. num.56.*, *& Parexa omninò viden. de edit. Instrum. tit.10. resolut.4. ex num.40. vsque 42. inclusiuè*.

Supponitur in contrario *Restrictu num.81.*, quod in nouissima attestatione data à Tribunali Inquisitionis circa probationes factas occasione admissionis Francisci Iamon supponitur, quod tunc fuerant compulsatæ à Tribunali Inquisitionis informationes factas ab Ecclesia Siguntina Simeonis Fernandez, quodque in illis erant insertæ Testimoniales originales Portionarij Oxomen., quodque compulsatis postmodùm informationibus dict. Simeonis Fernandez in illis non apparent insertæ Testimoniales dictæ Ecclesiæ Oxomen., sed æquiuocum est manifestum, vt patet ex lectura *nostri secundi Summarij additionalis num. 12. litt. I.*, nam ibi Secretarius testatur de omnibus Iuribus, & documentis, quæ tunc in Tribunali Inquisitionis fuerunt producta, & dicit, fuisse productum Processum factum occasione admissionis Simeonis Fernandez anno 1624. in Ecclesia Siguntina, quodque in dictis informationibus factis per Tribunal Inquisitionis sunt insertæ litteræ Testimoniales Ecclesiæ Oxomen., quodque in ijsdem informationibus erat insertum Testamentum Balthaxaris Fernandez ex quibus vident RR. PP., quod Aduersarij sunt adeò rationibus, & fundamentis destituti, vt faciunt fundamentum in æquiuocationibus, & fallacijs.

Adeò subtilitèr DD. exaduerso Scribentes obseruauerint, quod in certificatoria data per Secretarium Inquisitionis anno 1716., de qua in *nostro secundo Summario additionali num.10.*, quod aliqui ex Testibus tunc examinatis deposuerunt de gradu in gradum vsque ad Alfonsum de Molina, & Isabellam de Torres, quod iudicatur exaduerso impossibile, vt Testes examinati anno 1681. deponere potuissent de gradu in gradum vsque ad Isabellam de Torres, & Alphonsum Molina, nam tunc esset impossibile, quotiès Testes deposuissent de visu, & cognitione: cæteroquin dicta probatio de Iure non est impossibilis, imò ad effectum, vt Testes de antiqua Descendentia deponentes fidem faciant, oportet, vt de auditu, aut auditu auditus deponant de gradu in gradum vsque ad stipitem, vt est Textus expressus in *cap.licet* ex *quadam de Testibus*, neque est inuerisimile aut impossibile, vt Testes, aut deponentes de auditu, aut de auditu auditus à suis maioribus de Descendentia alicuius de gradu in gradum vsquè ad septimum, vel octauum gradum, cum super hoc adsit Textus expressus in *dicto cap.licèt* ex quadam.

Domini exaduerso Scribentes in *Restrictu num.88.* firmant, quod Processus informatiui facti in vna Communitate non probant in alia, allegantes super hoc articulo auctoritates, easque transcribentes; quo circa si Processus informatiui facti ab vna Communitate nullam constituunt in alia probationem, cur tanto studio petunt compulsari Processus, qui fidem non faciunt, vndè ex ipsa Aduersariorum confessione detegitur irreleuantia.

A'*num.*

A numero 91. asserunt, quod vsque ad euidentiam probatum remanet, Isabellam de Torres fuisse Siguntinam, & non Terræ Acquauiuæ, & primam speciem probationis desumunt ex eo, quod Testes à Commissario Toletano examinati in Terra Acquauiuæ deposuerunt non cognouisse Isabellam de Torres, neque illam audiuisse, sed quo pacto Testes examinati anno 1712. scire, vel cognoscere poterant Isabellam de Torres defunctam in Ciuitate Siguntina anno 1541., & sic biscentum ferè ab hinc annis, sed certum est, quod omnes isti Testes qualificauerunt cognomen Torres de illa Terra, quod sufficit, quando probatum extat, Isabellam fuisse originariam illius Loci, vt in mea Facti *n.75.vsq.ad n.88.*

Neque desumi potest ex confessione Principalis, qui in sua Genealogia dixit Isabellā de Torres fuisse Ciuem Siguntinā nam satis notum est, ciuilitatē in aliqua Ciuitate acquiri, vel mediāte origine, vel mediante Domicilio, vndè Isabella de Torres licet originaria Acquauiuæ, tamen cum matrimonium contraxerit in Ciuitate Siguntina, ibique Dotem suam transtulit, ibi genuit filios, ibi semper commorata fuit vsque ad mortem, omni itaque ratione dicitur Ciuis Siguntina, licèt sit originaria Acquauiuæ, & Doctoralis Conchen. cum anterioritate dedit originem Isabellæ in Terra Acquauiuæ *Summario addit. num.*10., & ea nominat Ciuem Seguntinam, & in Informationibus factis Francisci Iamon cum Testibus, & Instrumentis probatum fuit, quod dicta Isabella fuisset naturalis, & originaria Acquauiuæ *Summario addit. num.*12. *litt.BB.*, & eodem modo respondetur Testamento, in quo dicta Isabella nuncupatur Ciuis Siguntina: quodque licèt dicta Isabella in dicto Testamento se nuncupat Ciuem Siguntinam, adhuc tamen in eo fatetur, esse originariam Terræ Acquauiuæ, dum fecit Legatum *Liberatæ de Torres filiæ Alfonsi de Torres sui fratris Summario principali num.*43. *litt.F.*, quem esse Ciuem, & originarium Terræ Acquauiuæ probatum est, in nostra facti.

Neque origo Isabellæ de Torres desumi potest ex cognominis identitate, nam vltra identitatem cognominis requiritur identitas Stemmatis gentilitij, alias enim sola cognominis identitas nihil operatur, nam ad effectum, vt cognominis identitas aliquam faciat præsumptionem, oportet, vt sit adminiculata: In casu verò habemus probata Arma, & Insignia, quibus vtebatur Isabella de Torres, quæ sunt eadem cum Armis, quibus vtebatur in Terra Acquauiuæ Alfonsus de Torres eius frater, vtique non potest ex sola cognominis identitate, aliqua præsumptio oriri, præsertim quia probatum est ex Testibus à Canonico informante examinatis, quatuor in Ciuitate Siguntina adesse Familias de cognomine Torres, & vna dumtaxat infecta, & proindè ex eo, quod aliæ tres Familiæ nobiles deferant cognomen Torres, non potest vlla oriri præsumptio, quod sit eadem cum Familia infecta.

Numero 90. alio insubsistenti vtuntur argumento, quod scilicet in attestatione data per Secretarium S. Inquisitionis refertur comparuisse, ibi = *Ac illum de Parentela, qui compuruit ad defensionem memo-*

riæ, & famæ dicti Ludouici de Torres = Summario nostro principali num.16. in fine, quodque in Testamento Alfonsi Molina condito anno 1544. præcipitur non molestari Hyeronimum filium habitum ex eo, & Anna Crespi super pecunijs erogatis causa expensarum factarum pro defensione honoris, & pro defensione Bonorum *Summario Partis num.40.* ex quo arguunt, quod Consanguineus, qui comparuerat pro defensione memoriæ, & famæ dicti Ludouici de Torres combusti à Tribunali Inquisitionis fuit dictus Hyeronimus Molina. Quam sit cauillosum hoc argumentum de se patet, quia Secretarius Inquisitionis testatur, quod Persona Consanguinea comparuit pro defensione memoriæ, & famæ *Ludouici de Torres*, vt ex verbis supra transcriptis apparet, non autem pro defensione honoris Isabellæ de Torres, vnde cessat ex facto argumentum.

Præterea Alfonsus Molina in dicto suo Testamento dicit, habuisse altercationes simul cum Isabella de Torres sua Vxore, & illius filijs, ibi = *Ne meno alcuni, che Io l'abbia dati tanto per Liti, e per altre altercazioni, che Io, mia Moglie, e Figli abbiamo auute* = si itaque Alphonsus Molina habuit altercationes,& Lites cum Isabella de Torres, & filijs, in his cadit Legatum, vt pecuniæ subministratæ pro Litibus, & pro defensione honoris suæ Vxoris, & Filiorum non possent repeti, quia fortè Isabella de Torres cum Filijs à suo Viro se separauerat, quo casu adhuc Lis dicitur esse super honore, & Bonis.

Sed cessat omnis difficultas,quia oporteret probare, Isabellam de Torres fuisse inquisitam, aut carceratam à Tribunali Inquisitionis, quod nullatenùs probatum fuit, & vlteriùs cum illa persona comparuerit prò defensione memoriæ, & famæ Ludouici de Torres oporteret saltem probare, quòd Isabella de Torres esset Consanguinea dicti Ludouici Torres, & nihilominùs Sanctum Inquisitionis Tribunal declarauit ex Processibus factis constare, quòd Isabella de Torres non esset Ascendens, Descendens, aut Collateralis, non solùm dicti Ludouici, prò quo comparuit dicta Persona, sed neque aliorum trium Condemnatorum à Tribunali Inquisitionis, vt ex *d. Summario Principali Num.16.*

Progrediuntur DD. exaduerso Scribentes *num.97.*, & dicunt, aliam impuritatis præsumptionem deduci ex eo, quòd cum Capitulum Seguntinum condere destinasset Statutum magis rigorosum super Sanguinis puritate, se opposuerunt anno 1646. duo Consanguinei Principalis, vt ex *Summ. Partis Num.42.*, cæterum RR. PP., non solùm ex oppugnatione Statuti rigorosi nullum desumi potest confectionis argumentum, aut coniectura, quia infiniti Doctores Hispani scripserunt contra iniustitiam huiusmodi Statutorum, vt ex plenissimo voto *Barbos.93. conclus.2. per totam*, vbi infinitos Doctores Hispanos, & ipse quoque solidissimis fundamentis probat dd. Statutorum Iniustitiam, vndè quemadmodùm inferri non possunt, quòd tot DD. Vires insignes, qui contra dd. Statuta scripserunt,

quod

quòd sunt infecti, ita quoque non valet argumentum exaduerso deductum.

Vltra quòd argumentum non est verum in facto, nàm dd. duo Consanguinei Principalis d. anno 1646. consenserunt d. Statuto Puritatis rigoroso, vt ex Testimonio Secretarij, de quo *in secundo Summario Addit. Num. 1. litt. B.*, sed cum post stabilitum Statutum voluerunt, vt omnes Canonici iurarent non impugnaturos dictum Statutum, hoc Iuramentum noluerunt prestare dd. Consanguinei Principalis, vt ex *Summ. Partis n.42.*, & quidem ratione, nam illi non erant Canonici in proprietate, sed dumtaxàt Coadiutores, vt ex *dicto Summ. Partis* apparet, vndè non poterant iurare nomine suorum Principalium, à quibus talem facultatem non habebant.

Quæ successiuè dicuntur de discrepantia inter Sambenitos affixos in Ecclesia Seguntina, & illos recensitos à Secretario Inquisitionis nullam habent facti subsistentiam, vt ex lectura apparet.

Continuant in æquiuocis DD. exaduerso Scribentes, & dicunt, quòd Alphonsus Fernandez Maritus Annæ Molina filiæ Isabellæ de Torres non fuit Alphonsus Fernandez Secretarius Inquisitionis, sed alter Alphonsus, ex quo in aliquibus Instrumentis Alphonsus Fernandez Maritus dictæ Annæ vltra Cognomen *Fernandez* datum fuit aliud Cognomen *de Tendilla, & Cortes*, nam vltra quòd pluralitas Personarum non præsumitur, cessat omnis difficultas, quia in Contractu Capitulorum Matrimonialium, quæ contraxit dictus Alphonsus, specificè Matrimonium contrahit, tamquam Secretarius Inquisitionis, vt liquet ex *nostro Summ. Principali Num.36. in principio*, ibi = *Ed Io Alfonso Fernandez Segretario del S. Officio dell'Inquisizione, & Abitante in Quenca* = & satis quoque nota est consuetudo Hispanorum, quòd multotiès denominantur vno tantum Cognomine, alijs vicibus superaddunt aliud Cognomen Maternum, & Auitum, vt ex nostra Arbore genealogica, vndè ex eo, quòd ab aliquibus fuit nuncupatus Alphonsus Fernandez de Tendilla, & ab alio Alphonsus Fernandez Cortez, non per hoc potest induci personæ diuersitas, dùm liquidò constat, quod dictus Alphonsus Fernandez, qui Matrimonium contraxit cum dicta Anna filia Isabellæ de Torres erat Secretarius Inquisitionis, nec diuersitas desumi potest, quod Alphonsus Fernandez Secretarius Inquisitionis nequiuit subindè creari familiaris S. Officij, quia descenderet à gradu maiori ad minorem, nam cum Alphonsus Fernandez in Capitulis Matrimonialibus se obligauerat habitare in Ciuitate Seguntina, vt ex *Summ. Principali Num.36. §. Et in oltre*, & sic non poterat ampliùs Secretarij Officium in Inquisitione Conchen. exercere, hinc Tribunal S. Inquisitionis Conchen. in compensationem Seruitiorum præstitorum, illum declarauit Familiarem, vt ex *Summario Principali Num.39.*, ibi = *Atteso che voi Alfonso Fernandez auete seruito in quelle cose, che vi sono state raccomandate toccante à questo S. Officio dell'Inquisizione, vi creamo, e deputiamo Familiare del d. S. Officio*.

Quæ

Quæ subiungunt de inscriptionibus Sepulchralibus fuerunt superiùs sublata, itaùt alia Responsione non indigent.

Nunc Pars Aduersa *in contrario Restrictu num.*110., *& sequen.* impugnare cæpit legalitatem Instrumentorum exhibitorum coram Canonico Informante, probare prætendentes, illa esse suspecta de falso, non legalia, & adhunc effectum cumulant infinitas regulas, sed omnes nostro casui inapplicabiles, nàm omnia prædicta Instrumenta fuerunt comprobata à Canonico Commissario Toletano cum alijs Instrumentis rogatis ab eisdem Notarijs, & fuerunt reperta legalia, & omni suspicione carentia, proùt quoad Instrumenta reperta in Terra Acquauiuæ liquet *ex nostro quarto Summario Additionali Num.*2., quo verò ad Instrumenta exhibita in Ciuitate Seguntina, eadem à Commissario Toletano fuerunt recognita, & comprobata cum alijs Instrumentis originalibus, & comperta sine vlla suspicione falsitatis, proùt specificè decreuit prædictus Canonicus Commissarius Capituli Toletani, vt *ex tertio Summario Additionali Num.*4., & de diligentijs factis super comprobatione legalitatis dictorum Instrumentorum constat *ex dicto Summario Additionali Num.*17., & post factam dictam comprobationem per inspectionem dicti Canonici Informantis, & Peritorum, decretum interposuit super eorum legalitate, *dicto tertio Summario Num.*17. *Litt.H.*

Quamuis itaque dicta Instrumenta fuissent recognita tanta diligentia, & tanta solemnitate à Canonico Commissario, qui in illis reperire non potuit nullam suspicionem, itaùt id per decretum declarauerat, quod Instrumenta essent omni suspicione carentia, adhùc tamen DD. exaduerso Scribentes audent sofisticis argumentis opponere suspicionem dictorum Instrumentorum contra formale, & solemne decretum Canonici Informantis in Iudicatum transacti; & hæc eadem Instrumenta fuerunt comprobata, & inuenta legalissima à Sacro Tribunali Inquisitionis, & suis Ministris, vt *in Summario Additionali Num.*10. *Litt.PP., & QQ.*, & *in dicto Summar. Num.*12.

Nullum fundamentum fieri potest in non admissione Hieronymi Iamon ad Collegium Sancti Idelfonsi, quam DD. exaduerso Scribentes nuncupant sententiam, quia non solum asserta adnotatio reperta in Libris indiget interprætatione, sed tamen illa nullam constituit probationis speciem, quod non solum in mea Facti probaui, sed supra probarunt etiam DD. exaduerso Scribentes in eorum *Restrictu num.*88., & ego quoque probaui *in mea Facti super Compulsoria §.Est autem*, & probat *Perez de Lara* 2.*par. capit.*4.*num.*92., *Barbos.de Episcop.part.prima titul.*2.*gloss.*17.*num.*39., *Escobar. de puritat,part.prima quæst.*13.*§.*3.*num.*49., *Perez de Instrumen. ædit. titul.*10.*resolut.*4.*num.*24., *& num* 42., præsertim, quia remansit destructa ex successiua admissione Francisci Iamon ad familiaritatem Inquisitionis, & omnia quoque locum habent quoad non sequutam admissionem in Collegio S. Crucis, proùt plenè probaui *in mea Facti n.*48.*cum plur.seqq.*

Quam-

Quamuis DD. exaduerso Scribentes vtantur Pragmatica Regis Philippi Quarti in eo, quod concernit tot Actus positiuos Ecclesiæ Seguntinæ, Ecclesiæ Oxomen., & Collegij Lucen., ex quo illi non sunt in dicta Pragmatica compræhensi, nihilominùs nullam faciunt mentionem de principali dispositione dictæ Pragmaticæ, quæ confirmata fuit ab Vrbano VIII., qua cauetur, quod tres Actus positiui, siuè admissiones ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis constituant Rem Iudicatam irretractabilem, etiamsi post dictorum trium Actuum concessionem detegatur Familiæ infectio, itaùt super illis lateribus, quæ compræhendunt Actus positiui, non possit capi vlterior Informatio, & quæ Res Iudicata vniuersæ Familiæ suffragatur, quo circa cum coram Canonico Informante producti fuissent, non tres, sed quatuor Actus positiui fauore Descendentium Isabellæ de Torres, qui constituunt Rem Iudicatam irretractabilem, nequit ampliùs inquiri super puritate, vel impuritate dictæ Isabellæ, sed est præcisè seruanda, vt probaui *in mea Facti nu.95. ad finem*, & hoc vnicum motiuum sufficiens est, & exuberantissimum, non solum pro fauorabili resolutione in Causa principali, sed pro denegatione Compulsoriæ, cum nulla probatio suffragari possit aduersùs tres Actus positiuos, & Rem Iudicatam ex illis resultantem.

Omnia, quæ in contrario Restrictu sunt coaceruata, solum tendunt ad probandum, quod ex Processu Informatiuo non resultet illa plena probatio puritatis, quam desiderant moderni Canonici Ecclesiæ Toletanæ, ad quem effectum ingenia acuerunt prò inueniendis exceptionibus insubsistentibus, sed pondus huius Causæ consistit in eo, quod eo ipso, quod ex Processu Informatiuo non continetur plena, & concludens impuritatis probatio, iuxtà formam Statuti Toletani, dicitur conclusa qualitas Prouisi, nec opus est, vt ex dicto Processu constet de puritate Prouisi, vt supra probaui; Quo circa cum ex dicto Processu nulla impuritatis probatio, nullumque Indicium desumi potest, hinc sequitur, quòd iniustè fuit denegata Immissio ad sui Canonicatus possessionem.

Quare &c.

Franciscus Maria Pitonius Aduoc.

Vitus Angelus Caualletti.

R. P. D.

C O R I O

Toletana Canonicatus super Compulsoria.

P R O

Illmo, & Rmo D. Canonico Iosepho Fernandez de Iubera Inquisitore actuali totius Regni Murtiæ.

C O N T R A

Illmum, & Rmum Capitulum